



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum IV. Decretalium, per viginti, & unum Titulos distributum, De
Sponsalibus, Et Matrimoniis, eorumque impedimentis, ac dispensationibus,

...

Schlüter, Georg

Augustæ Vindelicorum, 1702

§. II. An Episcopus possit dispensare in impedimentis matrimonio
supervenientibus?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73058)

am intra secundum gradum. R. probabili-
ter affirmari, si impedimentum sit oc-
cultum, ex separatione sequeretur grave
scandalum, & matrimonium sit publicè
contractum saltem unius bonà fide, atque
desit alius habens facultatem dispensandi.
Videtur sequi ex dictis; cum revera tunc
aditurgens necessitas. Et tenet Henri-
quez, & alij apud Barbosa *de offic. & potest.*
Episc. p. 2. alleg. 35. n. 4.

2054. Quares. 6. an Episcopus dispensare pos-
sit cum illa, quæ manè accedit ad confi-
tendum, & invenitur habere impedimen-
tum dirimens; R. posse in foro conscien-
tiæ, si ejus manifestatio esset illi causa gra-
vis infamiae, & jam omnia parata forent
pro nuptijs illo manè, vel vespere, cele-
brandis, nec esset alia via evadendi infamiam,
vel suspensionem delicti in confes-
sione manifestati, nisi tunc nuptiæ cele-
brentur; quæ sic adesset urgentissima nec-
cessitas; ita Sanchez *d. 40. l. 2. n. 7.* Bar-
bosa *cit. n. 5.* sed not. Episcopum in præ-
dictis casibus pro solo foro interno posse dis-
pensare; sic Barbosa *cit. n. 11.*

2055. Quares. 7. an Episcopus facultatem dis-
pensandi in prædictis casibus possit alteri
delegare? R. posse in ijs casibus, in quibus
ipse potest dispensare. Nam jurisdictio
ex Principis privilegio competens non per-
sonæ, sed perpetuò ipsi dignitati, vel offi-
cio, non est delegata, sed *ordinaria.* sic
Covar. *Variarum l. 3. c. 20. n. 6. & 9.* po-
testas autem ordinaria delegari potest. *c.*
su. de offic. ord. at illa potestas Episcopi in
datis casibus ei competit vi dignitatis; non
autem ratione personæ; sic Castropalaus
cit. n. 13. cum concedatur omnibus Epi-
scopis etiam futuris; ergo est ordinaria,
quamvis ei competat jure solum extraor-
dinario, nimirum solius urgentis neces-
sitatis.

2056. Quares. 8. an Vicarius Episcopi gene-
ralis gaudet eà facultate dispensandi? R.
cum vi Vicariatus non gaudere, tamen in
ejus facultate expressum sit, ut possit di-
pensare in casibus Episcopalibus etiam
matrimonialibus; quia casus, quorum di-
pensandi facultas non competit Episcopo,
nisi in casu urgentis necessitatis, non cen-
sentur Episcopales: & ideo ea potestas E-
piscopo non competit nisi jure extraordi-
nario, quam non habet Vicarius vi Vica-
riatus; ita Sanchez *l. 2. dist. 40. num. 9.*

dixi, vi Vicariatus; secus est, vi *specia-*
lis delegationis.

Quares. 9. an Episcopus extra casum
dictæ necessitatis jure ordinario in qui-
busvis impedimentis dirimentibus jure so-
lum Ecclesiastico dispensare possit? R. So-
tum in 4. *dist. 42. q. 1. a. 1.* docere. 1. quòd
possit dispensare jure ordinario in impedi-
mento cognationis ortæ ex baptismo tem-
pore necessitatis collato. 2. in impedi-
mento cognationis legalis. 3. publicæ honesta-
tis, ubi non est expeditissimus accessus ad
summum Pontificem; idem tenentibus
Ludov. Lopez. *p. 2. instr. c. 51.* & Ema-
nuel Sa. V. *matrimonium de impedim. n. 6.*
Verum omnino negandum est; cum hoc
in nullo jure fundetur, nec de ulla etiam
concessione tacita constet; ita Sanchez
cit. d. 6. n. 17. Gutierrez *iv. de matr. c. 22.*
n. 4.

Quares. 10. an Legatus summi Ponti-
ficis jure ordinario possit dispensare in
impedimentis matrimonium jure solum
Ecclesiastico dirimentibus? R. quòd non,
nisi prout potest Episcopus. Quia repu-
tatur ordinarius suæ Provincie. *c. 1. de of-*
fic. Legat. in 6. Unde Legatus à latere non
habet ampliorem facultatem in provincia
sibi commissa, quam Episcopus in sua di-
cecesi gl. *c. quia circa. v. à sede. c. quòd di-*
lectio. v. Indulgentiam, de Consang. & In-
nocent. in c. Ex parte, de Transact. dixi,
jure ordinario; nam secus est ex delega-
tione; sed Episcopus id non habet sic in-
definitè jure ordinario sed extraordinario;
ergo.

§. II.

An Episcopus possit dispensare in impedi-
mentis matrimonio supervenientibus?

Cum impedimentum dirimens, matri-
monio prius rite contracto superveniens,
illud non dirimat (nisi solenne votum ca-
stitatis emissum in professione Religiosa
superveniat matrimonio rato tantum, ut
constat ex dictis) sed solum petitionem de-
biti conjugalis impediatur; quæstio est, an
in illis quoad hunc effectum Episcopus di-
pensare possit? Nam licet cognatio v. g.
spiritualis, superveniens matrimonio, le-
gitimè contracto, istud non solvat, con-
juges tamen impedit à petendo debito, seu
quò minus licitè usum conjugalem exi-
gant, si malitiosè, vel citra casum neces-
sitatis

fitatis eam contraxerunt gl. in c. *Nosse defideras*. 30. q. 1.

2060. Negativam sequitur Covarr. in 4. decret. p. 2. c. 7. q. 2. n. 6. Graffis. p. 1. decis. l. 2. c. 81. n. 3. & alij; R. tamen Episcopum in dato casu posse dispensare; sic Barbosa cit. n. 9. extendens etiam ad casum, quo petere debitum prohiberentur propter supervenientem affinitatem ex illicita copula cum consanguineo alterius conjugis; quod Castropalaus d. 4. de sponsal. p. 2. q. 1. approbat. & n. 17. extendit etiam ad casum, quo quis emissio prius absoluto voto castitatis matrimonium contraxisset. Rationem sumit ex consuetudine, quâ communiter utuntur in his casibus Episcopi. Eandem facultatem habent Confessarij Societatis (quibus ea à P. P. Provincialibus communicata est) & reliqui mendicantes in privilegijs communicantes cum Societate; idque ex privilegio Pij. V. ut notat Castropalaus cit. n. 19. sed adverte privilegium loqui solum de casu matrimonij contracti cum voto castitatis, & supervenientis affinitatis; non autem cognationis spiritualis; ita Sanchez l. 8. matr. d. 16. n. 9.

§. III.

An Episcopus jure ordinario dispense in impedimentis tantum impedientibus?

2061. R. Episcopum omnino posse jure ordinario in illis dispensare in his, quæ sunt juris tantum Ecclesiastici. sic Barbosa. cit. n. 2. idque ex consuetudine jam recepta, quæ in his casibus Episcopo tribuit facultatem dispensandi quoad hos casus in lege superioris. Et. 1. circa ea, quæ sunt ex delicto, constat aliunde per dicta superius illa hodie non indigere dispensatione, cum non sint amplius in usu, quod etiam dicendum venit de impedimento ex Cathismo. Igitur de reliquis quatuor, quæ adhuc vigent, affirmativa Barboas doctrina procedit, circa quam tamen limitatio facienda videtur. 1. quoad votum, ut non procedat in voto etiam simplici castitatis, & religionis, secundum quod specialiter summo Pontifici reservantur; nam in hoc non extat consuetudo; excipe tamen casum urgentis necessitatis, de quo à num. 2048. 2. quoad sponsalia de futuro, ubi non censetur Episcopus cum præjudi-

cio tertij dispensare, nisi exprimat, & causa id exigat.

ARTICULUS III.

De causis in genere, ob quas in impedimentis matrimonium dirimentibus dispensatio concedi possit?

Ante resolut. not. 1. quædam impedimenta juris tantum Ecclesiastici esse talia, ex sola Ecclesiæ constitutione v. g. cognationis, affinitatis, publicæ justitiæ, &c. quædam non nisi ex suppositione alterius obligationis, usui matrimonij contrarietatis, ut est votum Religionis, castitatis, cælibatus, &c. Not. 2. causam, quæ sufficit, ut quis dispensetur in uno impedimento, non esse sufficientem indefinite pro quolibet. Nam quod major, vel minor est propinquitas, vel ratio pro uno, quam altero casu statuti legem ex ea circumstantia dirimentem; hoc etiam major, vel minor causa requiritur ad impetrandam legitimè dispensationem, ut tenet communis. Not. 3. ad impetrandam dispensationem frequenter attendi ad qualitatem personæ. Nam cum Principe facilis dispensatur, quam cum nobili, vel plebeo, ut liquet ex Trid. sess. 24. c. 5. statuente, ut in secundo gradu consanguinitatis dispensetur solum cum magnis Principibus; idque propter speciales rationes, vel pacis, vel meritorum in Ecclesiâ, aut spem protectionis inter tot, qui Ecclesiam Dei insectantur.

§. I.

An valeat dispensatio sine causa?

R. ut Legislator humanus valide dispense in lege propria, nullam requirit causam, nisi propriam ejus voluntatem. Nam lex constituitur voluntate Principis, & ex ea pendet, quoad vim obligandi; ergo cum Legislator voluntatem, quâ subditos obligari voluit, mutat, & retractat, uti potest ex mero arbitrio, & placito, cessabit obligatio; ita Suarez l. 6. de legib. c. 19. n. 6. Salas, eod. d. 20. S. 4. num. 37. Sanchez l. 8. matr. d. 17. num. 24. & alij. quod verum est, licet ea lex confirmata sit à superiore confirmatione mere approbationis, non autoritativa. Nam illa non addit fortius vinculum actui approbato. dixi valide. Nam licet non agit, 1. quia sic non est dispensator prudens (quæ agit)